



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

20. Januarij. Non tantùm Dei habenda est ratio, sed etiam hominum,
propter Deum. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

tus, & si totum des, in multis debitor manes! Quid si partem aliò derivares?

20. Januarij.

Non tantum Dei habenda est ratio, sed etiam hominum, propter Deum. S. Ignatij vitæ l. 3. n. 27.

Qui sic amavit hominem Deus, ut se pro ejus amore immolaret, sic vult se amari ab homine, ut homo non negligatur. Nihil amori divino detrahit, qui proximum, propter Deum, diligit.

Nemo tam vilis est, qui non, quod amari & æstimari possit, habeat, & si hæc deficerent, quia res Dei, pretium sanguinis Christi, & imago divinitatis est, amor ei sine scelere negari non potest.

Si tuos, & nullius præterea, manes attendas, erit sanè, ut omnes te meliores credas, & uberem odii tui; & amoris proximi causam, nanciscaris.

Non humanum malitia facit, ut minus proximum amemus: nostra passio & antipathia est. Hanc variò colore vestimus, quia nostra nos dedecora manifestare poterit.